



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Sectio VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

redire non posse. cur adderet (sponte su.) si nec diuina voluntate possent redire? Nec aliud agebat Theophylac. in cap. 8. *Math.* cum testatur dæmones quoddam dogma instituere voluisse, de uagatione animarum in hoc orbe; cui minime sit assentiendum, quoniam animæ corpore egressæ iam certum habent locum, & non oberrant vagæ, quibus verbis negat spiritus pro arbitrio εἶναι καὶ σμικρὸν (sic loquitur) τῶν ἀνθρώπων quoniam certis mansionibus statim assignantur, impugnat enim eundem errorem, quem Chrysostomus; & ueterquæ nobiscum, ut docui, sensit. Denique Septimius Tertullianus etiam illud Gentilium, de præuentis immatura morte, figmentum plane poeticum, & forte Platonicum, reijcit, & docet nec illorum animas uagari, donec reliquatio compleatur ætatem. hancque ille licentiam poetarum, cum Magorum audacia, iactantium inanem suam animas eliciendi potentiam; & cum infomiorum fallacia, quæ Manes falsa soliti immittere, comparans, merito refellit. Verum & ipse addit, Dei uirtutem quasdam animas reuocasse in documenta iuris sui. Sic scriptum ab eo inuenias extremo de Anima libro. Sic ergo neque S. S. neque patres, neque ratio; sed sola temeritas, nouandi cathoicis, & uetustati detrahendi, Catholicisque conuictiandi libido. Aduersarijs suffragantur.

SECTIO VII.

SIT 2. Conclusio, Magique uent opera demonum ueras de-
functorum animas nobis ostendere: hæc est sententia Tertullian. *lib. de anima, cap. penul.* D. Isidori *lib. 8. Etymol.* Chryl. & Augusti, quos citat & sequitur D. Thom. *1. p. q. 1. 7. a. 4.*

A *ad 2. Guil. Paris. p. vlt. de uniuers. cap. 24. Victor. de magia n. 17. & tuse docet nuperus scriptor Alfonso Mendoza Quodlib. Scholast. q. 5. ratio est, quia Sanctorum animæ in manu Dei sunt, & soli Deo obediunt: damnatum nequit Diabolus sinere egredi, sine nutu Dei, sine quo nec ipse id potest: quod ipsum etiam habet locum in ijs, quæ expiantur. Ideo solent ipsi has uices subire dæmones; qui per mundum adhuc uagantur, & has animas amant mentiri, ut ex Porphyrio docuit Iamblicus *lib. de myster. Aegyptior.* Neque id mirandum, cum in Angelum quoque lucis se transfigurent, & in B. Virginem Deiparam, ut in Biturigibus Vibiscis, cum illic degerem scio accidisse, imo & in ipsum Christum Dominum, qualis B. Martino apparuit diabolus.*

C Ex his sequitur primò, prorsus esse superstitiosum, quod ex quorundam delira opinione retulit Ananias animas eorum, quibus expirantibus dexteram porrexerint, & uicissim porrectam receperint, ipsis post obitum apparituras. Nulla enim huius rei uel scripto, uel non scripto Dei uerbo, nec historiarum uerarum narrationibus auctoritas huic opinioni adminiculatur.

D Secundò sequitur non esse temerè imitandum, quod olim factum à nonnullis, & quod Ioan. Friburg. in Sum. Conf. *l. 1. tit. 11. q. 23.* secundum se consideratum, dicit non esse damnandum de peccato, non enim negant D. Tho. & ipse, & qui eos sequitur Beezius in *præcept.* periculosum esse, & tales ut plurimum se deludendos dæmoni propinare. & illi subiacerè comminationi, *Qui amat periculum, peribit in eo*, ideo prudenter Ciruleus, *lib. 3. de superstit.* cap. 11. reprehendit illos, qui cum inuicem paciscuntur, ut (si permittatur)

is, qui

ali. 3. do-
nat. de n. d.

is, qui prior morietur, viuo appareat, eumque de suo statu faciat, certiore. Scio id Deum permisisse aliquando, vt audiuiti de Marsilio Ficino; & de San. Lutgardo legitur *libr. 2. vitæ eius, tomo 3. Surti, in Iunio*, & apud Dominicanos Zamoranos accidisse olim monacho cuidam. Is cum quodam Minorita hoc pactum inierat. moritur Minorita, & post dies aliquot apparet stipulatori mensa sternenti; (ait) se expiatorium circumgestare ignem. Et ad cruciatu sui indicium, manum mensæ lignæ crassæ impressit, eamque altè admodum combussit. notam hanc audiui ab oculatis (vt aiebant) testib. superesse manus mensæ iniustæ, & ad perpetuam rei memoriam paruulo clatro ferreo obiectam: & narrat in Chron. Dominicanorum Frat. Anton. Senensis, vt de re nihil sit dubitandum. Quando Deus redire permittit, maioris boni id causa permittit: vt plurimum Behemoth hanc agit personam. Pactio ipsa vix fieri potest, vt curiositatis peccato vacet. præstat salutem suam semper cum pauore & spe operari. Eadem B. Lutgardis cum iussisset cuidam moniali, vt si prior moreretur, eam viseret, addidit, vt primum diceret: *Benedicite, orationem Dominicam & Salutationem Angelicam, ne (inquit) diabolus suo more aliquod figmentum adducat.*] *dict. l. 2.* Si hoc illa sancta tam illuminata metuebat: quanto magis nos debemus metueret? Sequitur etiam tertio ex his, posse facilius discerni variorum & multiformium spectrorum illusiones, quas demones obijcere solent, de quibus nunc videamus.

QVÆSTIO XXVII.

De demonum apparitionibus, siue de spectris, quæ demones nobis obijciunt.

SECTIO I.



Vo præmittenda, varias esse illusionum causas, & varia demonum genera, Pater primum quia multa habentur pro spectris, quæ naturalia sunt, vel artificialia, item quæ sensuum vitio, aut imbecillitate vitiatæ phantasiæ talia videntur esse, cum non sint qualia videntur. de singulis, Petrum Leloyherium, *b* in plerisque secuti videamus. Naturalia sunt & deciperetamen aptissima, ignes illi fatui, de quibus egimus superius: item insulæ natitantes: quales vidi apud D. Audomari fanum in Morinis cõplures; quales etiam in Italia, & alibi celebrant veteres scriptores, *c* in lacu Vadimbis Cecubo; & Reatino: vt sunt etiam arbores & filuæ radicitus euulsæ, & classis speciem in mari præbentes, teste Plinio Seniore: *d* vt, ligna putrida nocte lucetia: vt animalculum Indicum, de genere Cicindelarum, sed maius, instar Scarabæi, quod et si toto corpore luceat, oculis tamen maximè, qui pro corpusculi modo ingentes, tantum fundunt lucis, vt ad eâ legere & scribere soleant. Coculium vocant, micat luce quaternarum stellarum, quarum si quis pinguedine manus & faciem inungat, ardens & formidabile spectrum apparet. *Si Chiezapag. 2. Hist. Perua. cap. 30.* Item vapores varijs formis conformati, quales illi, quos Sylla vidit hircorum similitudine capitibus apud Epheum concurrere, *e* & similia, quæ apud Syrtim maiorem ex eadem causa Diodorus

b lib. 1. de spectris c. 6. 7. 8. & 9

c Arist. de adm. auditio. Tit. Liuius l. 9 Senec. l. 3. Nat. qu. & Plin. l. 16. lib. 8. epist. 10. & Senil. lib. 2. Nat. hist. c. 95. d. l. 16. Nat. hist. c. 1.

e Plutarc. in Sylla. lib. 3. Bibliothec.